

In contrarium arguitur: quia scientia est virtus intellectualis: ut patet ex libro ethicorum: sed theologia non est virtus intellectualis: ergo non est scientia: immo probatur: quia virtus est dispositio perfecti ad optimum: ut habetur. vii. phisicorum: sed theologia non est dispositio perfecti ad optimum: ergo non est virtus intellectualis: quod non facit eundem de his que tradit: sicut nec fides ex cuius articulis procedit. Contra autem euidentia veritatis est illud quod est optimum intellectui quare etc. Itaque effectus est habitus? principiorum? habitus? conclusionum? habitus? conclusionum? dependet ex habitu principiorum? non ex eorum: sed fides que est habitus principiorum? ex quibus theologia procedit non est virtus intellectualis: nec inter illas nominatur. vi. ethicorum: ergo nec theologia est virtus intellectualis. Responsio. Licet quaestio istam procederet sic: quia primo ponitur quedam distinctio theologie: secundo iuxta membra illius distinctionis respondebitur ad questionem. Quotum ad primum notandum est quod theologia videtur posse accipi tripliciter. Uno modo pro habitu quo solum vel principaliter assentimus: hinc que in sacra scriptura traditur: et prout in ea traditur. Et hoc rationabiliter. Si enim scire ea que continentur in libro naturalibus Aristoteles et quocumque aliorum philosophorum vocatur communiter naturalis philosophia: multo magis scire ea que in sacra scriptura continentur debet vocari theologia: quia naturalis philosophia non est scire quod Aristoteles vel alij philosophi sentierunt: sed quid habeat veritas eorum: unde vbi dicitur mens Aristoteles a veritate rerum non est scientia scire quod Aristoteles sentierunt: sed quod error. Sed ver theologia est scire eorum mentem qui facit canonem spiritui sancto inspirante tradiderunt: quod intentus eorum nunquam dicitur a veritate rerum. Secundo accipitur theologia pro habitu quo fides ea que in sacra scriptura traduntur et defenduntur declarantur ex quibusdam principijs nobis notioribus. Et sic accipit eam. Augustinus. lib. xiiij. de trinitate. cap. i. Dicit enim quod hinc scientia tantummodo tribuitur illud quo fides saluberrima generatur: nutritur: defenditur: et roboratur. Et subdit immediate qua scientia non possunt fideles plurimi quibus polleant: fide plurimum. Illud est scire tantummodo quid homo credere debeat: aliud autem scire quomodo hoc ipsum et pijs optulerit: et contra impios defendatur: quam proprie vocabulo Apostolus ad Corinthios scientiam appellare videtur: verba sunt Augustini. Et quo satis apparet quod ipse vocat scientiam theologie habitum: quo fides et scriptura defenduntur et declarantur. Sic etiam accipit et intendit eam tradere magister sententiarum in prologo dicens: sic fidei nostram aduersus errorem carnalium hominum turris Davidice clipes munire: vel potius munitam offendere: ac catholicam inquisitioni abita aperire: nec non sacramentorum ecclesie fidei quoque modum ostendere intelligere notitiam tradere studuimus. Dicit autem munita offendere: quod virtutem auctoritatis Augustini et aliorum quibus fides fidei defenduntur et clarificauerunt. Tertio accipitur theologia communis: nescio si verius pro habitu eorum que deducuntur ex articulis fidei: et vbi certis sacre scripture textibus conclusiones ex principijs: et hic modus nescio veritatem committere in eo loquentium: etc. hanc distinctionem premissam dicendum quod si theologia capiatur primo modo scilicet pro habitu quo cognoscunt ea que in sacra scriptura traduntur: et modo quo in ea traduntur theologia non differat a fide: cuius ratio est: que in sacra scriptura traduntur et sic solum diuina auctoritate tenentur. Sic autem assentire eis scilicet ut diuina auctoritate sunt tradita solius fidei est. Et ideo theologia sic accepta non differat a fide: propter quod querere vtrum theologia sic accepta sit scientia: idem est ac si quereret vtrum fides est scientia: et non solum vtrum dum fides est scientia de eodem. Et ista nullus vnquam dubitauerit a fide formali: sed scientia nisi loquendo largissime de scientia scilicet loquitur Augustinus de videndo deum dicens quod illud dicitur scire quod credimus aliorum testimonio: ideo hic sensus conclusionis ad presens distinguitur. Si autem theologia accipitur secundum modo scilicet licet pro habitu quo fides ea que in sacra scriptura traduntur defenduntur et declarantur: sic fides et theologia sunt de eodem: nisi quod illud quod tradit fides sola auctoritate: tradit theologia ratione. Et illud querere vtrum theologia sic accepta sit scientia: est querere vtrum de eodem possit simul haberi fides et scientia. Accipiendo autem theologiam tertio modo scilicet communiter accipitur pro habitu scilicet eorum que deducuntur ex articulis fidei: et vbi certis sacre scripture textibus conclusiones ex principijs fidei enim querere vtrum theologia sit scientia: est querere vtrum ex articulis fidei possit aliquid demonstrare concludi quod sit verum. Et his duobus modis vltimo tractabitur questio. Primo vtrum de eodem possit esse fides et scientia. Secundo vtrum ex articulis fidei possit deduci conclusio vere facta. Sed antequam hec tractentur excludenda sunt quedam obiectiones que sunt contra preteritam distinctionem. Quotum enim arguitur contra vno membra distinctionis. Contra primum membrum dupliciter. Primo sic: per fidei proprie acceptam solum assentitur alicui vt est a deo reuelatum et non vt et aliquid deducitur. Sed sacra scriptura ponit quedam ex alijs deducta et conclusa: ergo talia non tenentur sola fide: cuius oppositum dicitur est in primo membro distictum. Maior patet: sed minor: probatur: quia in sacra scriptura vnus articulus deducitur: et concluditur et alio scilicet Aposto. i. Cor. xv. concludit resurrectionem nostram et resurrectionem etiam. Item deducendo ad inconueniens contra fidei membra: probat illud idem dicens. Si mortui non resurgunt vana est fides: nostras tenas est probatio nostra: et quedam similia frequenter inueniuntur in epistolis et libris sapientialibus quare etc. Secundo sic: fides est habitus insensus: sed habitus theologie quo cognoscimus ea que continentur in sacra scriptura est acquisitus per studium et doctrinam: ergo talis theologia non est idem quod fides. Contra fecundum membrum arguitur sic: habitus quo sacra scriptura et contenta

in ea defenduntur et declarantur se habet ad sacra scriptura: sicut se habet habitus opinatiuus circa vnumquodque cognoscibilem ad scientiam de illis scibilibus. Multa enim probabilia dicuntur de naturalibus et geometricis: quorum habitus se habet ad scientiam naturalem vel geometricam: sicut supradicitur habitus ad theologiam: vel sacram scripturam: sed propter habitum opinatiuum annexum naturali scientie vel geometrice non dicitur quod sunt due geometrie: ergo nec propter supradictum habitum annexum sacre scripture debet dici quod sunt due theologie. Dicitur ergo isti quod ille habitus persuasiuus non est alius habitus a theologia proprie dicta: vel non est alia theologia proprie dicta: sed est annexus theologie proprie dicte sicut habitus opinatiuus est annexus scientie quando sunt de eisdem obiectis. Ad primum istorum quod est contra primum membrum distinctionis dicendum est ad maiorem quod per fidem solum assentitur alicui vt reuelatum a deo et non vt est ab alio deductum deductione pure fundata super naturas rerum: ex deductio humana: sed si deductio tenetur vt a deo inspirata: vel ipsa deducta traduntur alibi in sacra scriptura: vel absolute a deo sunt reuelata: tunc talis deductio et ipsa deducta tenentur ex fide proprie dicta. Tunc dicendum est ad minorem quod quis in sacra scriptura quedam traduntur et deducta ab alijs: tamen illa deductio vt ad scripturam peruenit habetur vt a deo inspirata et non vt humana ratione inuenta: alioquin liceret eam negare et sic falsi careret scriptura pro illa consequentia deducta: quod est erroneum. Quod etiam talium que sic traduntur vt ex alijs deducta traduntur alibi in scriptura vt absolute reuelata sicut resurrectio nostra que concluditur ab apostolo ex resurrectione Christi: traditur vt absolute reuelata. Job. xij. et dicitur. xij. et per Christum in euangelio in pluribus locis et omnia talia tenentur solum vel principaliter per fidem proprie dictam. Ad secundum dicendum quod nullus habitus potest esse in actu nisi presentem vel propositum obiecto propter quod necesse est ad hoc quod per fidem credamus explicitum et in particulari omnia credibilia quod ipsa proponantur nobis et explicentur. Et quia ipsa continentur in sacra scriptura que non est nobis naturaliter nota: ideo debet habere notitiam eius per acquisitionem studij vel doctrine: quibus si in nobis generatur aliquid habitus bene quidem: sed ille habitus bene non facit assensum: imo potest esse communis assentientibus et non assentientibus: quia tam illi qui isti possunt cognoscere quod continentur in sacra scriptura: sed non assentunt nisi illi qui credunt sacram scripturam esse a deo inspiratam: quod pertinet ad fidem: ita fides aut solum aut principaliter facit assentire dictis scripture. Primum autem habitus qui est per studium acquisitionis requiritur propter solam presentiam seu representationem obiecti propter quod non dicitur theologia ob defectum assensus sicut non debent dici geometrici habitus quo cognoscitur quicquid continentur in libris geometricis: si eis non assentitur. Ad notandum propositio illius obiectionis impleat saluum vocando theologia illum habitum acquisitionem qui de se non habet assensum: et sic patet quod theologia prout dicitur habitum quo solum vel principaliter assentimus his que in sacra scriptura traduntur et vt in ea traduntur: non differat a fide: quod fuit primum membrum distinctionis. Ad illud quod obicitur contra secundum membrum distinctionis dicendum est quod si argumentantes intendunt dicere quod ille habitus sacre scripture quem vocant theologiam non sit alius habitus a tali theologia sed sit ei adiunctus contradictio est in dictis: quia nihil adiungitur sibi ipsi. Et ideo si est adiunctus est alius. Si vero intendunt dicere quod sit alius habitus: sed non debet dici theologia: quia non est principalis sed adiunctus: sicut habitus opinatiuus circa geometricalia non est geometria sed sola scientia geometrica tanquam principalis: adhuc isti contradicunt sibi ipsi. Dicit enim alibi quod opinio non stat cum scientia. hic autem dicunt habitum opinatiuum circa vnum quodque sensibilem annexum esse scientie que est de eisdem scibilibus: non autem possibile: imo videtur esse contradictio quod impossibile sunt sibi inuicem annexa: quin potius vnum annexum est ad adiunctum alterius. Sed quicquid sit de hoc dicendum est ad rationem istorum quod non est simile quod inducitur pro simili: quia habitus opinatiuus adiunctus scientie geometrice quis sit habitus geometricus tamen non dicitur geometria: quia scientia geometrica tanquam certior et perfectior illud nomen sibi appropriat. Et illo modo si quis esset habitus theologicus qui esset proprie scientia ille solus diceretur proprie theologicus propter suam excellentiam respectu aliorum sed non est ita vt inferior pareat: quin omnes habitus theologici in hoc deficiunt a ratione scientie proprie dicte. Et ideo nulli appropriatur nomen theologie sed conuenit omnibus habitibus theologis cognitis facitibus assensum et maxime illi habitui de quo nunc loquimur vt restatur auctoritas beati Augustini prius allegata. Et sic patet quod obiectiones sacre contra istam distinctionem prius postam non concludunt. Hunc procedendum est ad tractandum articulos postpositos: et primo primum videlicet vtrum fides et scientia possint simul esse in eodem homine de eadem conclusionem. Et vt latius tractetur questio notandum est quod fides potest capi dupliciter vno modo pro fide que immititur auctoritati dei humane: alio modo pro fide que immititur auctoritati diuine. Primum fides non differat ab opinione: quia locus ab auctoritate humane est topicus et argumentum inde sumptum: est debilissimum. Et ideo fides que tali auctoritati immititur est opinio debilissima: propter quod fides est querere vtrum talis fides et scientia proprie dicte possint simul esse in eodem et de eodem sicut de opinione et scientia. Et in hoc sensu primo tractabitur questio: sed postea de fide que immititur auctoritati diuine et de scientia dicitur. Quotum ad primum non distictandum est quod scientie et opinionis potest esse distinctio: vnos scilicet ab opinio modo ex parte conclusionis scite et opinata ita videlicet vt scientia notione

Arguitur. ii

Decisio questio. i. Primum articulo. Theologie accipio tripliciter.

Fidei habitus theologia dicitur.

Secundo.

Terio. i. Primum dicitur.

Secundo dicitur.

Terium dicitur.

Primo contra primum dicitur.

Secundo ratio.

Primo contra secundum dicitur.

Non sunt due theologie.

Solutio prime rationis contra primum membrum.

Ad secundum.

Solutio rationis sacre contra secundum membrum.

Non est habitus geometricus dicitur geometrica.

Terium secundum.

Fides duplex.